quo actu Imperatorij nunquam alicui in Venetijs facto, alicui personę, item Ser Hieronimus conqueritur, quia nec ad Dominium nostrum, nec ad Cameram Paduę, nec ad Consilium Decem aliquid huius Civilis materię spectat, et propterea supplicavit posse uti jure suo coram judicibus, et officialibus nostri Dominii.

Vadit Pars, quod pro extirpando hoc periculosum, et venenosum principium silentii, quia Statui, libertati nostrę consistit, quod omnes possent uti jure suo, quod auctoritate istius Consilii Pars capta 27. Augusti, quę imponit silentium dicto Ser Hieronimo revocetur ita quod ipse Ser Hieronimus possit ubique uti jure suo.

1461. 19. 9bre. Tratta dal Libro Partium, et Ordinum C. X. detto Magnus. a pag. 48 per comando, ed uso degli Ecc.mi Correttori.

Prima Regolatione circa le materie spettanti al C. X.

1468. 18. 8bris. in M. C.

Magno semper studio conati sunt Progenitores nostri tenere in culmine Consilium nostrum X. tam propter auctoritatem, et dignitatem suam, quam propter magnitudinem gravissimarum rerum tangentium Statum nostrum sibi commissarum, verum ut omnes scire possunt ab aliquo tempore circa excreverunt in tantum occupationes, et negotia ipsius Consilii presertim multiplicibus, et diversis rebus impertinentibus indignisque tanti Magistratus, et necessarium sit, et honori nostro magno opere conveniat providere. Propterea

Vadit Pars, quod ea quę pertinent ad proditiones, et sectas, et ad turbationem pacifici Status nostri.

Item ad tractatus, Locorum, et terrarum, et aliarum rerum huiusmodi, quę secretissime tractari merentur.

Casus quoque Sodomię, et eas quę tangunt scholas, sicut hactenus servatum est, remanere debeant cognitioni, et deliberationi C. X.

Et similiter Cancellaria nostra, Dominio nostro cum C. X. Hoc autem declarato, quod Capitibus C. X. remaneat consueta facultas secundum leges captas puniendi, et accipiendi pęnam ab illis Rectoribus, et officialibus nostris, qui retinentes forent obbedire Mandatibus nostri Dominij.

In rebi-